

demum existimant ratum, si vulnera uno interierit.
De tragelapho, & chamæleonte. CAP. XXXIII.

Est eadem specie, barba tantum & armorū uile
lo distans, quem tragelaphon uocant, nō alibi q
iuxta phasian amnē nascēs. Ceuos Africa pro
pemodum sola non gignit. At chamæonte & ipsa,
quoniam frequentiore Indiæ. Figura & magnitudo
erat lacerti, nisi crura essent recta & excelsiora. La
tera uentri iunguntur ut piscibus, & spina simili mo
do eminet. Rostrum, ut in paruo, haud absimile suillo:
cauda prælonga in tenuitatem desinens, & implicans
se uiperinis orbibus: unguis adunci, motus tardior, ut
testudini: corpus asperum, ceu crocodilo: oculi in recess
su cauo, tenui discrimine prægrandes, & corpori con
colores: nūq; eos operit: nec pupilla motu, sed totius
oculi uestione circunspicit. Ipse celsus bianti semper
ore, solus animalium nec cibo nec potu alitur, nec alio
quam acris alimento: circa caprificos ferus, innoxius
alioqui. Et coloris natura mirabilior. Mutat nanque
eum subinde, & oculis & cauda, & toto corpore: red
ditq; semper quemcunq; proxime attingit, præter ru
brum candidumq; Defuncto pallor est. Caro in capi
te & maxillis, & ad commissuram caudæ admodum
exigua, nec alibi toto corpore: sanguis in corde, et cir
ca oculos tantum: viscera sine splene. Hybernis men
sibus latet ut lacerta.

De tarando & lycaone & thoe. CAP. XXXIV.

Vtat colores Scytharū tarādus, nec aliud ex
Mijs quæ pilo uestiūt, nisi in Indis lycœon, cui
iubata traditur ceruix. Nam thoes, luporū
id genus est procerius longitudine, breuitate crurum
diffimile, uelox saltu, uenatu uiuens, innocuum homi
ni, habitum non colorem mutant, per hyemes hirti,
estate nudi. Tarando magnitudo quæ boui, caput ma
ius ceruino, nec absimile: cornua ramosa, unguia bifida,
uillus magnitudine ursorum. Sed cum libuit sui co
loris esse, asini similis est. Tergori tata duritia, ut tho
races ex eo faciant. Colorem omnium arborum, fruti
cum, florum, locorumq; reddit metuens, in quibus la
tet, ideoq; raro capitur. Mirum esset habitum tā mul
tiplicem dari, mirabilius & villo.

De hystrice. CAP. XXXV.

Hystrices generat India & Africa spina conte
ctas, ac herinaceorum genere: sed hystrici lon
giiores aculei, & cum intendit cutem, missiles.
Ora urgentium figit canum, & paulo longius iacula
tur. Hybernis autem se mensibus condit: que natura
multis, & ante omnia virsis.

De ursis & fœtibus eorum. CAP. XXXVI.

Eorum coitus hyemis initio: nec uulgari quadru
pedum more, sed ambobus cubantibus comple
xisq; Deinde secessus ī specus separatim, in qui
bus pariunt trigesimo die, ad plurimum quinos. Hi
sunt candida informisq; caro, paulo muribus maior,
sine oculis, sine pilo: unguis tantum prominent: hanc
lambendo paulatim figurat. Nec quicq; rarius q; pa

rientem uidere urſam.* Ideo mares quadragenis die
bus latent, fœmina quaternis mensibus. Specus si non
habuere, ramorum fruticumque congerie adificant,
impenetrabiles imbribus, mollique fronde confratros.
Primis diebus bis septenis tam graui somno premun
tur, ut ne uulneribus quidem excitari queant. Tunc
mirum in modum ueterino pingueſcunt. Illi sunt adi
pes medicaminibus apti, contraque defluuium capilli
tenaces. Ab ijs diebus* resident, ac priorum pedum
suctu uiuunt. Fœtus rigentes apprimendo peſtori fo
uent, non alio incubitu quam ona uolucres. Mirum
dictu, credit Theophrastus per id tempus coctas quo
que ursorum carnes, si affuerint, increscere: cibi
tunc nulla argumenta, nec nisi humoris minimum in
alio inueniri: sanguinis exiguae circa corda tantum
guttas, reliquo corpori nihil inesse. Procedunt uere,
sed mares præpingues: cuius rei causa non prompta
est: quippe nec somno quidem saginatis præter qua
tuordecim dies, ut diximus. Exeunte herbam quan
dam aron nomine laxandis intestinis alioqui concre
tis deuorant, circa surculos cum dentiunt prædoman
tes ora. Oculi eorum hebetantur crebro: qua maxime
causa fauos expetunt, ut conuulneratum ab apibus
os leuet sanguine grauedinem illam. Inualidissimum
urso caput, quod leoni fortissimum: ideo urgente vi,
præcipitaturi se ex aliqua rupe, manibus eo operto
iaciuntur: ac sæpe in barena colapho infracto exani
mantur. Cerebro ueneficium inesse Hispaniæ credunt,
occisorumque in spectaculis capita cremant, testato,
quoniam potum in ursinam rabiem agat. Ingredunt
ur & bipedes. Arborem auersi derepunt. Tauros
ex ore cornibusque eorum pedibus omnibus suspensi,
pondere fatigant. Nec alteri animalium in * malefi
cio stultitia solertior. Annalibus notatum est, M. Pi
sone, M. Messala COSS. ad xiij. Kalend. Octobr. Do
mitium Aenobarbum adilem curulem ursos Numi
dicos c. & totidem uenatores Aethiopas in circo de
disse. Miror adiectum Numidicos fuisse, cum in Afri
ca cursos non gigni constet.

De muribus Ponticis, & alpinis, & heri
naceis. CAP. XXXVII.

Conditum hyeme et Pötici mures, hi duntaxat
albi: quorū palatū in gustu sagacissimū, auto
res quoniam modo intellexerint, miror. Condun
tur & alpini, quibus magnitudo* melius est: sed hi pa
bulo ante in specus conuecto, cū quidam narrent al
ternos marē ac fœminā supra se cōplexo fasce herbæ
supinos, cauda mordicus apprehensa, inuicem detra
hi ad specū: ideoq; illo tēpore detrito esse dorso. Sunt
bis pares & in Aegypto: similiterq; * resident in clu
nes, & binis pedibus graduntur, prioribusq; ut ma
nibus utuntur. Præparant hyemi & herinacei cibos:
ac uolutati supra iacētia poma affixa spinis, unū non
amplius tenetes ore, portant in cauas arbores. Idem
mutationem aquilonis in austrum condentes se in cu
bile, præagiunt. Vbi nero sensere uenantem, contra
i iij. ēto ore